aut formis seu notitiis post sensationum tractatione edisserit & hic
de interioribus anime viribus seu potentiis ut fantasia ut memoria
utque est Reminiscentia ~~nonnulla conperit ac~~ nec non de forma intellectuali in
tuitivam et abstractivam disserta, plurima conperit quarum illam de Rebus intel
lectis evidentiam hanc vero assensum debiliore efficere ait: De ~~ii~~ modo preterea
~~mo~~ quo spes intelligibiles a sensibilibus abstrahuntur Deque earum
genuina vi atque energia animus soporatum excitandi plurima proponit.

·277·

Bernardus de lutzeburgo germanus ac ord. predicatorum in colonia
sectator libello quodam errores omneis quibus ab exordio nascentis ec
clesie fides xpi oppugnata est ad annum usque 22. sup sexquimill^m
perstrinxit quibus eorundem simul auctorum noia patriam ac in
plurimis conditione adscripsit In principio aut ante hereticorum cata
logi exordium de pena heresiarchis primum: Deinde hereticis inferenda
multa pluribus auctatibus fulcita congerit heresesque per superbiam
et ypocrisim primum irrepsisse testatus: variis iniquitates operariis here
ticorum vulgus comparat ac eorum ut ecclie xpi concisorum comertium
quasi viperam fugiendum esse nedum commonet verum et contra
facientes prosequendos ac equali cum heresum divulgatoribus pena
cruciandos esse demonstrat. Contra vero hereticorum spurcitiem per
vitiosamque doctrinam Reprehendentes omni amoris ac beneficii pro
sequutione dignos esse declarat. Ad calcem preterea catalogi luthe
rianam illam paucis abhinc annis irreptam pestem altius Repetens (suo
enim secundum seriem alphabeticam loco de ea monuerat) longe ma
ximis atque dignis convitiis invehitur in heresiarcham illum ejusque
pernitiem quam et ecclie et omnibus xpiani nominis ac instituti sectato
ribus intulit lamentabili increpatione suggerens et hic caroli imp. edic
tum contra eundem ingerit simul cum eorumque Rome anno 21. supra
sesquimill^m 12. Junii in combustione statue ejusdem facta fuerit, ratione

·278·

Ad Annum 17. supra millesimum ac quadringentesimum floruit in gallia
Nicolaus de clamengiis qui inter aliquot alia literarum monimenta
libellum edidit De lapsu et Reparatione iusticie In quo Justicie hac ex ja
Repertis mutuata Diffinitione Justicia est virtus qua honeste ~~vivitur~~ vivitur
nemo leditur ac jus suum unicuique tribuitur cum honestum omnem virtute
comprehendat Justiciam omnem virtutem esse subinfert: quo iacto dicendorum
fundamento ad gallie calamitates perditam Rempublicam mulierosos animos
extinctam militie disciplinam: ad extorre Denique ea tempestate ut innuit
virtutem; Deplorandam se convertens: philippo Burgundiorum duci cui
et sacrum fecerat cum de quo agimus libellum: Innumeras defert querellas
De gallorum Degeneratione ac perdito peccorum insolentias omni virtutis cul
tu. et hic preter innumerorum pene viciorum quam vix animo concipias relationem:
vir francigena (pluries enim natalis soli zelo hec scribere sese protestat)
plus apud inferos iusticie exerceri ex abusivu recitatione comprobat quam
eo temporis Reliquerat in universa francorum patria quippe ubi simula
tune (ut refert) virtutis insignia exulabant ac sola pro Ratione voluntas
et nequitia in exequutionem mittebantur. Unum nonnullo de universali Justicie.